



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Evphrasia V. 13. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Virgines velatas se abdidit. Fugit tamen ille Abbatibus honores, ne in alteros scopulos vix subdudam ratem impelleret. Post hæc Synodi Nicænæ pars magna fuit. Sed & Leoni alteri Iconomacho fortiter se opposuit. Neque hic virum aut carceris obsidione aut fame longâ expugnare potuit. Victor igitur THEOPHANES cælum subiit, duxitque in triumpho duo ingentia monstra, Leones duos.

Ex Surio.

Perſpice ô homo quantum valeas, & perpende quantum debeas; ut tandem tibi vilis eſſe deſinas, ut vel per hoc erubescendis ſubiaceſcere vitiis dedigneris dum generoſitatē tuam de Creatoris ac Redēptoris dignitate metiris. S. Maxim. hom. 1. de Reſurr.

S. EUPHRASIA V. 13. Martij.

Nonfacilè ulla alia Virgo splendorem generis ſui ut EUPHRASIA novit æſtimare; quippe quæ alios quantumvis nobiles toros alto animo deſpexit omnes, unum CHRISTI ambitioſa experiiit. Fortè in hunc fixum cruci oculos deſixerat; cum ut amor facilè omnia ſibi fingit, quæ arriident, paſſis brachiis amplexum offerri ſibi interpretata illico in crucem involavit, & amatum complexa etiam ipſa, æternùm illi ſuos amores devovit; quin mox futurarum nuptiarum flammæum inter ſacras Virgines accepit. Intereâ literæ adſunt à Theodoſio Imp. quem ſanguine contingebat. Is quòd quinquennem Ordinis Senatoriſ Principi viro deſponderat, jubebat nunc in ejus manus venire EUPHRASIAM. Sed pulchrè illa ſe jam in alterius manus veniſſe reſcripſit, nec ex re ſuâ, nec verò ex familiæ dignitate fore, immortalis ſponſo mortalem anteponeſe. Itaque jam liberè
amori

amori suo vacans, sub dio cibi suiq̄ue aliquando in trigesimum diem, sæpius in septimum oblita, ab inferno rivali in puteum præceps acta, ferventè perfusa, aliâq̄ue perpeffa, cum satis jam Sponso se probasset, ad nuptias est evocata. Illas splendidissimè adornari vidit in cælo, quæ Asceterio Magistra præerat, eoq̄ue abductam EUPHRASIAM à Sponsi MATRE corollâ nuptiali, & dote in singulas virtutes donari. Quis jam dubitet pulehræ EUPHRASIAM fuisse, quam tanto studio matrum longè pulcherrima multò pulcherrimo filio conciliabat? *Ex Surio.*

*Vide quibus brachiis vicaria charitatis redamā-
dus & amplectendus sit, qui tanti estimavit, imò
qui tanti te fecit : De latere enim suo te reforma-
vit, quādo propter te obdormivit in Cruce, & som-
nū mortis exceperit. S. Bern. ser. 2. de Mut. aquæ in Vin.*

B. HENRICVS CONF. 13. Martij.

Non abluit indoles HENRICI à stirpe suâ. Regius puer mammæ & matris, & mundi lallare generosus recusavit, & ad magni Francisci ubera, vulnera, animum appulit. Intereâ parente mortuo Daniæ Rege, viduum regni sceptrum & corona caput HENRICI & manum ipsa ambiebat, ingerebant hæc regni proceres, sponsa invitabat, & denique mater impellebat. Per tot tamen obstacula evadit HENRICVS in solitudines, suusq̄ue ipse Rex sibi imperat. Sed honor, quo nemo alius fugitivos citiusprehendit. HENRICVM quoque in suis latebris invenit, gemmeisq̄ue vinculis ligatum cum publicâ regni lætitiâ ad solium reducit. At mater, (quis credat?) illa mater, quæ nuper amore filium deperibat, in novercam ecce abit, & sive quodd
impe-